



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Acta Synodalia Osnabrvngensis Ecclesiae, Ab Anno Christi  
MDCXXVIII.**

**Brogberen, Johannes**

**Coloniae Agrippinae, 1657**

Index Eorum, quae in hac Synodo continentur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14298**

## I N D E X

## Eorum, quæ in hac Synodo continentur.

- O** rdo & cæremoniæ Synodi. Paschate notandis & exhibendis.  
 Commissio præsententiæ Synodi.
- Constitutionum Synodaliū
- CAP. I. De Synodo majori Osna-brugensi typis data, & ejus copia ab Ecclesiasticis procuranda.
- CAP. II. De habitu Clericali competente.
- CAP. III. De funerum & exequiarum ritibus Catholicis reducendis.
- CAP. IV. De nominibus communicantium & non communicantium in
- CAP. V. De nominibus Conuersorum in Civitate & Diocesi Osna-brugensi.
- CAP. VI. De Inventario supellectilis sacre literarum, & rationibus Ecclesiarum exhibendis.
- Speculum seu compendium vitæ Sacerdotalis & Clericalis, ex Pontif. Rom. prælegendum in singulis Synodis; & Orationes conclusivæ Synodi.

## ORDO ET CÆREMONIÆ

## servatæ Synodi.



**E**ria tertia post Dominicam Oculi, circa octavam horam, comparentibus ad signum magnæ campanæ in Cathedrali Ecclesia Dominis, Præposito, Decano, cæterisque Cathedralis Ecclesiæ & Collegiarum Canonicis; item diversarum Religiosarum, respectivè Abbat. Prioribus, Guardianis; Paribus confessoribus, & Civitatis ac Diocesis Pastoribus & Curatis, &c. cantatum est Sacrum de sancto Spiritu, per Reverendissimi Episcopi in spiritualibus Vicarium generalem. Quo absoluto, processum fuit ad locum consuetum Synodi servandæ; ac primum Deputati Synodi Præsides in scanno, tapete instrato, & ad caput fere majoris Aulae collocato, ita confederunt, ut Domini Præpositi in medio consistentis dexteram Dominus Decanus, sinistram Dominus Vicarius in spiritualibus generalis, &c. clauderet.

Incepit vero fuit hymnus, Veni creator Spiritus, per Dominum Vicarium in spiritualibus; quem profecuti sunt à Clero præsentis; subjunctaque Collecta de sancto Spiritu, ex Pontificali Romano, præparatoriam Orationem clara voce pronuntiavit idem Dominus Vicarius:

Adsumus, Domine, sancte Spiritus, adsumus, peccati quidem immanitate detenti, sed in nomine tuo specialiter aggregati. Veni ad nos, adesto nobis, dignare illabi cordibus nostris: doce nos, quid agamus; quod gradiamur, ostende; quid efficiamus, operare: esto solus

& suggestor & effector judiciorum nostrorum, qui solus cum Deo Patre, & ejus Filio, nomen possides gloriosum: non nos patiaris perturbatores esse justitiæ, qui summe diligis æquitatem; ut sinistrum nos non ignorantia trahat, non favor inflectat, non acceptio numeris vel personæ corrumpat; sed junge nos tibi efficaciter, solius tuæ gratiæ dono; ut firmus in te unum, & in nullo deviemus à vero; quatenus, in nomine tuo collecti, sic in cunctis teneamus cum moderamine pietatis justitiam, ut hic à te in nullo dissentiat sententia nostra, & in futuro pro bene gestis consequamur præmia sempiterna. R. Amen.

Quâ finitâ, omnibus confidentibus, prædictus Dominus Vicarius in spiritualibus, assurgens, præsentem Synodum his verbis est allocutus:

Admodum Reverendi, Prænobiles, Venerabiles, Religiosi, & Honorabiles viri, ac Domini, &c. Reverendissimi & Illustrissimi Princeps ac Dominus, Dominus FRANCISCVS GVILIELMVS, EPISCOPVS OSNABRVGENSIS, &c. Dominus noster clementissimus, cum animadverteret instante hac Synodo Quadragesimali, aliis se negotiis & occupationibus gravioribus impeditum, quo minus ad hanc Synodum accedere, eique personaliter præsidere posset; ne quid tamen eorum, quæ ad reformandos mores ac disciplinam Ecclesiasticam restaurandam ac confirmandam facere possunt, omittatur aut suspendatur; Admodum Reverendis & Prænobilibus viris ac Dominis, Domino Præposito